



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

DXXIV. Günther, Graf in Kevernberg und in Lüchow, bestätigt Vasallen und
Bürgern des Landes Lüchow ihre zur Zeit des vorigen Grafen besessenen
Rechte, am 9. Juli 1319.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

nere, dux et confors predicti nobis humiliter supplicarunt, ut, cum ex separatione dictorum Henrici et Jutte, si fieret, inter progenitores eisdem pericula grauiora prioribus exoriri, uerifilimenter formidentur, prouidere super hoc eis de oportune dispensationis remedio dignaremur. Nos igitur eorundem Henrici et Jutte super hoc prouidere saluti ac futuris obuiare periculis salubriter cupientes, plenamque gerentes de tua circumspectione fiduciam, qui super hiis habere poteris notitiam plenior, ipsorum ducis et confortis supplicationibus inclinati, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, cum Henrico et Jutta predictis, ut impedimento, quod ex prefata consanguinitate prouenit, non obstante, in eodem matrimonio remanere licite ualeant, auctoritate nostra dispenses, prout secundum deum animarum ipsorum saluti uideris expedire, prolem susceptam et suscipiendam ex eodem matrimonio legitimam nuntiando. Datum Auinione, XVIII kal. Maii, pontificatus nostri anno tertio.

Nach Schöppach, Hennebergischem Urkundenb. S. 74. Nr. CXXXIII.

DXXXIV. Günther, Graf in Keuernberg und in Luchow, bestätigt Vasallen und Bürgern des Landes Luchow ihre zur Zeit des vorigen Grafen besessenen Rechte, am 9. Juli 1319.

Nos Guntherus, dei gratia Comes in Luchoue et in Keuernberg, tenore presentium publice profiteamur, quod uniuersa jura, quibus usi sunt Vasalli nec non Burgenses de Luchowe, tempore nobilis viri Domini Henrici, Comitis de Luchowe, nostri antecessoris bone memorie, ipsis illela volumus firmiter et perpetuo conseruare, omnesque literas ipsis ab eodem Comite datas ratificamus et approbamus expresse in toto et in qualibet sua parte, specialiter uero literas, quas super proprietate filue Borchardisholte habeat, presentibus literis confirmamus, volentes ipsas ratas et inuolabiles perpetuis temporibus permanere. Nullum quoque Aduocatum ipsis nisi terrigenam statuemus. Et ne alicui de hoc facto dubium oriatur, hanc literam super eo dari fecimus, nostri sigilli robore firmiter communitam. Testes presentes fuerunt uniuersi milites de territorio Luchowe et vasalli cum aliis fide dignis. Datum Luchowe, anno domini M. CCC. decimo nono, feria secunda ante festum S. Margarethe virginis.

Sercken's Vermischte Abb. III, 273. — Der in dieser Urkunde in Bezug genommene Brief wegen des Borchardsholzes ist vom Jahre 1313.

DXXXV. Günther, Graf in Keuernberg und in Luchow, vereignet der Stadt Luchow einige Heubungen aus dem Dorfe Diekstedt, am 9. Juli 1319.

Nos Guntherus, dei gratia Comes in Keuernberg et in Luchow, tenore hujus litere recognoscimus manifeste, quod prudentibus uiris consulibus ciuitatis nostre Luchowe